



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Ordinibus sacris insigniendus, examen subeat, an propositum eius sit  
pium, sanctum ac firmum, & quantum possit in Horarijs precibus  
recitandis, n. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

nandorum seu collatione Ordinum cuius-  
cunque sub quocunque etiam praetextu  
solui consueta, prolsus abrogamus, &  
abrogata esse omnino volumus, ac pro-  
inde eadem exigi, dari, offerri, veletiam  
spontè oblata accipi seuerè prohibemus,  
sub poenitentia in eodem Concilio Tridenti-  
no mentionatis. Quo verò accuratius  
prædicta omnia ad executionem deducantur, expressè vetamus, ne noster in  
Pontificalibus Vicarius ullum ordinet,  
circa quem præmissa non esse obseruata  
animaduerterit: quia hæc est seria nostra  
voluntas.

a.c. quādo dist. 24. c. placuit 1. q. 1. c. sicut Epi-  
scopū 1. q. 2. Conc. Trid. sess 21. de reform. c. 1.

*Ordinibus sacris insigniendus Examen  
subeat, an propositum eius sit pium,  
sanctum ac firmum; & quantum pos-  
sit in horariis precibus recitandis.*

XXX. Qui se examini subjicit, ut  
sacris Ordinibus initietur, ante omnia  
interrogetur, a quo affectu ductus, Or-  
dinem Ecclesiasticum petat, an eius pro-  
positum pium sit, sanctum ac firmum; &  
qua-

quaneum possit in horarijs precibus recitandis : ordinatus vero sciat se, secundum Canonicas sanctiones, ad istas preces quotidie persoluendas sub pena peccati mortalis, & si beneficiatus est, restitutionis insuper fructuum pro rata temporis, quo Officium non impleuit, obligatum; ideoque unusquisque huic obligationi studiosè tatis faciat.

a Concil. Prouine. Coloniens. sub Hermanno s. part. i. c. 21. & 22. ac sub Adolpho 3. Archiepisc. Colonien. De Altero Medio. c. Deinde usum &c. pag. 431.

### Examinetur etiam in cantu Chorali.

XXXI. In Cantu ecclesiastico addiscendo hactenus magna ordinandorum negligentia animaduersa fuit, non sine graui scandalo populi, vt aut muti sint multi in Choro Clerici cantus Ecclesiastici imperiti, aut in voce inconcinna & absonta mutis deteriores saepe revertantur: quare seriò mandamus omnibus ad sacros Ordines aspirantibus, vt Cantum Gregorianum seu Choralema ex principijs, vsu, atque exercitatione addi-